

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputatio Theologica Fridericiana, De Peccato Originali,  
Mortali Et Veniali, Martino Becano Opposita, Qvam Divina  
Favente Gratia**

**Franck, Christoph**

**Kiloni[i], [MDCCIII?]**

**VD18 13272659**

Farbkarte

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15866**



**Farbkarte #13**

**B.I.G.**

1	2	3	4	5	6	7	8
Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

1 2 3 4 5 6 7 8

19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

CHRISTOPH  
DINA TAYE  
MARTINO  
PECCATO  
MORALI  
LIB PR  
JOHANNES  
Lina Bach

condidit, Col. III. 10; ex parte voluntatis, *ad iustitiam & sanctitatem operam*, Eph. IV. 24. Quamdiu autem renovatio nostra in intellectu, voluntate, & appetitu sensitivo, non est perfecta; tamdiu carentia iustitiæ originalis & corruptio in iisdem non est perfecte sublata. Hinc *caro concupiscit adversus spiritum*, Gal. IV. 17. Ubi vocem, *caro*, non ad solum appetitum sensitivum, ut vult Becanus, sed etiam ad intellectum & voluntatem referendam esse, liquido docent sequentia, quando inter opera carnis initio *¶* 20: *idololatria*, & in fine ejusdem *hereses* enumerantur: quæ sane intellectus & voluntatis opera sunt.

### POSTERIOR QUÆSTIO.

*An peccatum mortale & veniale distinguantur ex natura rei?*

I. Becanus, illustraturus hanc quæstionem, an præter peccata mortalia sint etiam aliqua venialia? scribit num. II: *Ut hoc intelligatur, notandum est ex D. Thoma in 2. 2. quæst. 88. art. 2. nomen peccati venialis tripliciter usurpari. (1.) pro veniali ex eventu (2.) pro veniali ex causa. (3.) pro veniali ex natura. Veniale ex eventu dicitur, cujus veniam consequimur. Veniale ex causa, quod aliquo modo venia dignum est, eo quod non ex malitia, sed ex passione vel ignorantia commissum est, juxta illud Apostoli I. Tim. 1. 13. Fui blasphemus, & persecutor; sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Veniale ex natura dicitur, quod nec mortem animæ adfert, nec æterna poena per se dignum est. De hoc solo agimus, quia hoc proprie opponitur peccato mortali*